ſon & bolos particula vel morſellus, quaſi particularum collectio ut dicit Gab. diſt. 25. q. un. art. 1. l. 3. Hinc Symbolum Apoſtolorum dicitur, quod quilibet eorum particulam aliquam quaſi bolum ſuum appoſuit : quod ita ſummo labore *D. Altenſtaig* in ſuo *Lexico* annotavit; & ut ad perpetuam conſervaretur poſteritatem *Lic. Tytz.* ſuum quoq; laborem & ſtudium impendit.

XI. Quam diſtributionem ante Scholaſticos apud certum authorem non invenies, cum ipſo undecimo ſeculo *Bruno Herbipolenſis T. XI. Bibl. Pat. p. 270.* tantùm undecim articulos enumeret, ceu & in aſignatione valdè variant, quod vel ex collatione duorum, fictitij illius Auguſtini, & Scoti diſt. 25. in 3l. ſentent. q. 1. liquet.

Juxta *Auguſt.*	Juxta *Scotum.*
Petrus. *Credo in Deum Patrem omnipotentem.*	*Credo in unum DEum, patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ.*
Johan. *Creatorem cœli & terræ.*	*Et in J. Chr. filium ejus unicum Dn. noſtrum.*
Jacobus. *Credo & in J. C. filium ejus unicum Dn. noſtrum.*	*Qui conceptus eſt de Sp. S. natus ex Maria virgine.*
Andreas. *Qui conceptus eſt de Sp. S. natus ex Maria virgine.*	*Paſſus ſub Pontio Pilato crucifixus, mortuus & ſepultus.*
Philippus. *Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus.*	*Deſcendit ad inferna.*
Thomas. *Deſcendit ad inferna, tertiâ die reſurrexit à mortuis.*	*Tertia die reſurrexit à mortuus.*
Bartholomæus. *Adſcendit ad cœlos, ſedet ad dextram DEI patris omnipotentis.*	*Adſcendit ad cœlos, ſedet ad dextram DEI patris omnipotentis.*
Matthæus. *Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos.*	*Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos.*
Jacobus Alphœil. *Credo & in Sp. S. ſanctam Eccleſiam Catholicam.*	*Credo & in Spiritum Sanctum.*

Simon